



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

De Interdicto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

*cons. disp. 25. Filliuc. tom. 1. tr. 17. Bonac. 10^o
1. de cens. disp. 3. Tolet. lib. 1. cap. 42.*

DE INTERDICTO.

1 **I**nterdictum est Ecclesiastica cen-
sura, priuans homines vsu quarum-
dam rerum diuinarum, quatenus vsus
quidam est: quæ vltimæ particulæ addū-
tur, vt distinguatur ab excommunica-
tione, & suspensione: nam excommuni-
catio priuat vsu rerum diuinarum, vt in
illo est quædam communicatio cum
alijs: in suspensione verò priuatur homo
aliquo vsu, vt illi competit ex officio, &
beneficio: at in Interdicto priuatur illo
vsu, vt sic.

2 Per interdictum, quod potest esse
locale, & personale: locale, cum interdi-
citur locus: personale, cum persona: pro-
hibetur vsus aliquorum Sacramento-
rum, vt Eucharistiæ, extra casum neces-
sitatis, extremæ Vnctionis, & Ordinis:
aliorum verò, respectu eorum, qui causam
dedere interdicto.

3 Alius effectus est priuatio diuino-
rum Officiorum, scilicet publicè, & so-
lemni-

○ 5

lemni-

lemniter, non autem priuatim, & ianuis clausis : item priuatio Ecclesiasticæ sepulturæ.

4 Interdictum potest esse magis, & minus vniuersale : nempe vnius Ecclesiæ, vnius Parochiæ, vnius Urbis, & vnius etiam Regni. Agunt de Interdicto *Tolet. l. 1. c. 51. Bonac. loc. cit. disp. 5. Filliuc. loc. cit. tr. 18. Suar. de cens. disp. 32.*

5 His additur cessatio à diuinis, quæ non est propriè censura, quia non infligitur præcipuè in pœnam, sed est pura prohibitio diuinorum, siue particularis, siue vniuersalis, imposita in signum afflictionis Ecclesiæ : cum adhibitis omnibus alijs remedijs, nihil profecit : quare est veluti quædam viduitas, & luctus Ecclesiæ. De qua *Filliuc. loc. cit. cap. 7. Tolet. lib. 1. cap. 56. Bonac. loc. cit. disp. 6.*

DE IRREGVLARITATE.

6 **A**gunt de Irregularitate *Suar. de Cens. disp. 40. Tolet. l. 1. c. 57. Filliuc. tom. 1. tract. 19. Bonac. tom. 1. de cens. disp. 6. & alij. Ex quibus, ferè secundum com-*